



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Thomæ Tamburini Societatis Iesu Siculi  
Caltanisettensis, In Alma Vniversitate nobilis Civitatis  
Messanæ, Theologiæ Primarij Professoris. Explicatio  
Decalogi Duabus distincta partibus**

In qua omnes ferè conscientiæ casus, ad decem Præcepta pertinentes,  
mira brevitate, claritate, & quantum licet, benignitate declarantur

Continens sex Libros posteriores in Decalogum, id est, expositionem  
præceptorum secundæ tabulæ

**Tamburini, Tommaso**

**Monachii, Anno M.DC.LIX.**

De legitima filijs debita, paragraph. 3.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39995**

obsequijs, suaque in paternis bonis colendis industria, non ordinarijs (ordinaria enim debentur patri a quo- cumque filio) sed extraordinarijs, filius adducere non m obligatur, quia illa tamquam pretium sui insoliti laboris filio debentur. Nam propterea si defuncto patre, nondum filio hæc soluta sunt, debent ei solvi, ex toto a seruo hæreditatis, tamquam si esset æs alienum. Vide Molinam citatum.

m *Axor. p. 2. l. 2. c. 24. q. 2. Mol. d. 244.*

## §. III.

*De legitima filijs debita.*

**D**iximus in superioribus, patrem carentem descendenti- bus debere legitimam a ascendenti- bus, si forte superstites sint. Iam nunc differendum, quando descendenti- bus fruitur. Sane his, vel hæ- reditas tota patris debetur, dividenda per capita ex æquo inter filios filias- que, hisque deficientibus, dividenda inter nepotes, si adsint, sed per stipen- dia, vel saltem integra legitima, nullo aggravata onere, danda iisdem eodem modo est ex bonis relictis à patre, vel matr, deductis tamen ære alieno, & impensis pro funere, nisi si quis ex fi- lijs propter aliquam causam ex supra allatis ab hæreditate expressè depulsus fuerit. legitima autem hodie ex Iure Cæsareo (nam si in diversis Regnis alia sint jura, sunt omnino servanda) est tertia pars bonorum, distribuenda æqualiter inter filios, filiasque, si ij sint quatuor, vel pauciores; at si sint quin-

que, vel plures, est pars dimidia: iux- ta vulgare carmen,

a *l. Sperellum t. 2. dec. 31. & DD. ib. c. ubi plura de legitima & c. n. l. No- vissima & l. pat. de inoffic. test. auth. de triente & semis. §. hac nos coll. 3. to. 5.*

*Quatuor aut infra dant natis jura trientem, o*

*Semissem p vero dant natis quinque vel ultra.*

2. Quoniam vero filio non compe- tit legitima, nisi post parentis obitum; eo enim inter vivos agente filius, quo- ad legitimam, jus dumtaxat habet ad rem, non in re; hinc duplex oritur difficultas. Prima, an quando pater dum viveret, sua bona dissipavit, seu prodigas largitiones alijs distribuit, cum præjudicio legitimæ filiorum, possit nihilominus filius integram pe- tere, quantam fuisset consecutus, si dis- sipatio nequaquam præcessisset?

o *Idest, tertiam partem. p idest, par- tem dimidiam.*

Respondeo: si mala fide pater, pu- ta, ut filio legitima decresceret, sua bo- na diminuit, posse: pp non vero, si bona fide. Ratio est, quia mala exi- stente fide, pater peccavit contra jus debitum filijs, ergo injuriam propel- lere semper poterit filius: at non pec- cavit, si bona fide; unde jus filius non habebit contra bona sine fraude dimi- nuta patris.

pp *Axor. p. 2. l. 2. c. 27. q. 9.*

3. Difficultas secunda: si pater vi- vens exposcenti filio filiave suam

L. 2.

legiti-



legitimam integram tradidit, juxta facultates, quibus tunc fruebatur, potestne deinde filius vel filia, extincto patre, petere aliquid amplius, si forte amplificatum postea fuerit patrimonium patris?

Respondeo, non posse. docent q aliqui, quia satis est, eos assequi legitimam, habita ratione ejus temporis, quo illam exegerunt. Possè tamen docet communior sententia, qq quia legitima debetur omnino ex bonis, quæ mortis tempore parentes relinquunt,

q apud Navarrum in c. quamvis de pactis in 6. p. 3. §. 1. n. 2. qq Covarr. alijs, apud ipsum ib.

4. Sed quid, si filia renuntiaverit futuræ patris successioni? Certè id in filiabus usù venire solet, quæ cum nuptias contrahunt, pactum ineunt cum parentibus, ut contentæ sint sua dote, & sic renuntiant cuicumque juri, quod alias habent, vel habere poterunt in parentum bonis.

Respondeo: si vi, metu, dolo inductæ, etiam cum juramento renuntiaverint ejusmodi filiæ, an possint adhuc præmissa, vel non præmissa dispensatione regressum habere ad bona paternæ, quando advertunt, se fuisse notabiliter deceptas, constat ex alibi dictis. r At si voluntariè sine ulla deceptione renuntiaverunt, sed absque juramento, irritam esse ejusmodi renuntiationem, jura decernunt. f Si vero prædictæ voluntariæ renuntiationi juramentum ad junxerunt, ut nunc communiter adjungi solet, valet renuntiation, seu à jurante servari debet, quia, ut suo loco dictum t est, juramentum homini præstitum semper

observari debet, quoties sine peccato observari potest, ut certè potest in casu nostro; neque enim filia peccat, si sua dote contenta, velit reliqua parentibus cedere.

r sup. l. 3. in dec. c. 3. §. 5. num. 6. 12. & 24. rursus c. 7. §. 3. num. 16. f lura, quæ affert Azor p. 2. l. 2. c. 28. q. 1. t sup. l. 3. in dec. c. 3. §. 3. n. 11.

Puto nihilominus primò, filiam posse à superiore petere relaxationem ab hoc juramento, etiam voluntariè factò, u ut supra dictum à nobis est, può secundo, ex alibi x dictis, parentem posse remittere hoc juramentum filiæ, quia factum fuit in commodum ipsius patris; quare tunc filia, si ne alia juramenti dispensatione, confecti ex æquo poterit hæreditatem cum fratribus. Imò si pater in suo testamento ad aliquam hæreditatis partem filiam eandem vocaverit, q debet omnino à fratribus admitti, non obstante ejusdem filiæ renuntiatione, Ratio est, quia illa vocatio est tacita remissio juramenti filiæ. Adverte, quod dictum est de filiabus, intelligendum esse etiam de filijs, si forte hi, modo dicto, cum juramento, renuntiaverint; par enim est ratio de utrisque, quidquid aliqui contra opinati sint.

u sup. l. 3. in dec. c. 3. §. 5. nu. 47. x sup. l. 3. in dec. c. 7. §. 2. & docet Azor, ib. q. 3. z Cov. apud Azor. l. c. q. 4. a Cov. ib.

5. Dictum autem est num. 4. (pactum ineunt cum parentibus) nam quando pactum hoc initum est inter fratres, gratia ipsorum, non vero patris, etiam si fuerit cum juramento, irritum omnino est, quia turpitudinem,